Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Omnis
sapientia
a domino deo est
et cum illo
fuit semper
et est ante evum.
Harenam
maris et
pluvie guttas et dies seculi quis dinu
meravit? Altitudinem celi et latitu
dinem terre et profundum abyssi quis di
mensus est? Sapientiam dei precedentem omnia
quis investigavit? Prior omnium creata
est sapientia et intellectus prudentie ab evo.
Fons sapientie verbum dei in excelsis et in
gressus illius mandata eterna. Ra
dix sapientie cui revelata est et astutias
illius quis agnovit? Disciplina sa
pientie cui revelata est et manifestata
et multiplicationem ingressus illius quis in
tellexit? Unus est altissimus creator
omnipotens rex potens et metuendus nimis
sedens super thronum illius et dominans deus.
Ipse creavit illam spiritu sancto et vidit et
dinumeravit et mensus est et effudit il
lam super omnia opera sua et super omnem carnem
secundum datum suum et prebet illam dili
gentibus se. Timor domini gloria et gloriatio
et leticia et corona exultationis. Ti
mor domini delectabit cor et dabit le
ticiam et gaudium in longitudinem dierum.
Timenti dominum bene erit in extremis
et in die defunctionis sue benedicetur. Di
lectio dei honorabilis sapientia. Quibus autem
apparuerit in visu diligunt eam in visio
ne et in agnitione magnalium suorum.
Initium sapientie timor domini et cum fidelibus
in vulva concreatus est et cum electis femi
nis graditur et cum iustis et fidelibus

agnoscitur. Timor domini scientie religiositas.
custodiet et iustificabit cor iocundita
tem atque gaudium dabit. Timenti dominum bene
erit et in diebus consummationis illius bene
dicetur. Plenitudo sapientie est timere deum et ple
nitudo a fructibus illius. Omnem domum illius
implebit a generationibus et receptacula
a thesauris illius. Corona sapientie timor
domini replens pacem et salutis fructum
et vidit et dinumeravit eam. Utraque autem
sunt dona dei. Scientiam et intellectum pru
dentie sapientia compertietur et gloriam tene
ntium se exaltat. Radix sapientie est timere
dominum, rami enim illius longevi. In the
sauris sapientie intellectus et scientie religiosi
tas. Execratio autem peccatoribus sapientia. Ti
mor dei expellit peccatum. nam qui sine
timore est non poterit iustificari. Iracun
dia enim animositatis illius subversio
illius est. Usque in tempus sustinebit pati
ens et postea redditio iocunditatis. Bo
nus sensus usque in tempus abscondet verba
illius et labia multorum enarrabunt
sensum illius. In thesauris sapientie signifi
catio discipline. Execratio autem peccatori
cultura dei. Fili concupiscens sapientiam
conserva iustitiam et deus prebebit illam tibi.
Sapientia enim et disciplina timor domini et
quod beneplacitum est illi fides et mansue
tudo et adimplebit thesauros illius.
Non sis incredibilis timori domini
et ne accesseris ad illum duplici corde.
Ne fueris ypocrita in conspectu hominum et non scan
dalizeris labiis tuis. Attende in illis
ne forte cadas et ponas scandalum
anime tue et adducas inhonorationem tibi
et revelet deus absconsa tua et in medio syna
goge elidat te quoniam accessisti maligne
ad dominum et cor tuum plenum est dolo et fallacia.